


Philosophia 833.

Przewoski Francisci: Quaestio logica de ente
rationis.



A. M. D. C.
QVÆSTIO LOGICA

D E

59489

ENTE RATIONIS,

SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS

MAGNIFICI, PERILLVSTRIS, ET ADMODVM
REVERENDI DOMINI,

A N D R E Æ
K V C H A R S K I,

Sac: Theologiæ Doctoris & Professoris, Ecclesiæ Cathedralis
Cracouiensis Canonici, Collegiæ Sanctorum Omnium

P R Æ P O S I T I,

ALMÆ ACADEMIÆ CRACOVIENSIS

GENERALIS RECTORIS,



A
M. FRANCISCO PRZEWOSKI,

PHILOSOPHIÆ DOCTORE,

Publicè ad disputandum proposita.

In Peraugusto D.D. THEOLOGORVM Lectorio.

Anno Salutis, M. DC. LXIII. Die 27. Mensis Octobris.

C R A C O V I Æ,

Apud ALBERTVM SIEKIELOWIC, S. R. M. Typogr.

QVÆSTIO LOGICA.

V. Ens rationis in Entitate Metaphorica ex obiecto cognito resultante, ratione cuius intrinsece denominatur, formaliter consistens, per Actum comparatiuum solius Intellectus nostri formatum: cognoscatur per propriam Speciem impressam & expressam; nec ne?

C O N C L U S I O I.

Ens rationis formaliter consistit in Entitate Metaphorica, quæ resultat in obiecto cognito, ratione cuius intrinsecè denominatur.

C O R O L L A R I A.

I. Ideò non est purum nihil, sed Entitas quedam media inter Entitatem realem & purum nihil, habens esse solium obiectiuè in Intellectu cum fundamento in re.

II. Differt ab Entibus rationis fictis, & ab Entibus Rationis Grammaticis, & Rhetoricis.

III. Licet fingi necessariò conueniat Enti rationis: non est tamen illi essentialè, sed accidentarium.

IV. Errant qui Enti rationis existentiam formalem independenter ab Intellectu concedunt.

V. Nulla denominatio extrinseca est Ens rationis: proinde nec Ens rationis consistit in illa.

C O N C L U S I O II.

Sola Potentia Intellectiua humana potest formare Entia rationis.

C O R O L L A R I A.

I. Nulla Potentia sensitiva tam exterior, quam interior, sufficiens est ad formandum Ens rationis.

II. Licet Ens rationis non possit formari à pbantasia, alijsque sensibus interioribus formaliter; bene tamen materialiter.

III. Voluntas nequit fabricare Ens rationis.

IV. Deus licet cognoscat Entia Rationis ab intellectu nostro facta; illa tamen formare non potest.

V. Intellectus Angeli non facit Entia rationis.

C O N C L U S I O III.

Per Actum comparativum Intellectus nostri formatur Ens rationis.

C O R O L L A R I A.

I. Omnis cognitio que cum connotatione & ordine ad aliud concipit, potest formare Ens rationis.

II. Per quamlibet operationem Intellectus potest fieri Ens rationis.

III. Ens rationis est proprietas conueniens ipsis rebus ex esse quod habent in Intellectu; Cuius totum esse est ad aliud se habere.

IV. Ens rationis optime dicitur Relatio rationis.

V. Cognitio formans Ens rationis non est reflexa respiciens ipsum tanquam rem cognitam ut Quod.

C O N C L U S I O IV.

Ens rationis non habet propriam speciem impressam per quam cognoscatur; benè tamen expressam.

C O R O L L A R I A.

- I. *Ens rationis cognoscitur per speciem impressam Entis realis.*
- II. *Vna species impressa potest representare duo, Vnum quidem primario, aliud secundario.*
- III. *Dato quod intellectus possit elicere ex Specie impressa Entis realis aliam Speciem representatiuam entis rationis; illa tamen semper dependet à Specie impressa Entis realis.*
- IV. *Nullum Ens rationis existit formaliter nisi dum actualiter terminat cognitionem intellectus illud ad modum Entis realis, cognoscantis.*
- V. *Intellectus potest attingere Ens rationis directè & immediate tanquam obiectum ut Quod.*



Permissu Magnifici Domini Rectoris.

